

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Introductio ad philosophiam - Cod. Ettenheim-Münster  
260**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-128479](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128479)

# Introductio ad Philosophiam. L.

Philosophia, si nominis vim spectemus, amorem et studium Sapientiae significat; est autem, Scientia rerum omnium, quae solo rationis lumine cognosci possunt. quo studio carnis nobilitas nihil est, in rebus humanis nihil expectandum maior, hoc Philosophia mentem nostram perficit et illam in veritatis indagine dirigunt; voluntatem nostram & sanctis informat moribus, rerum quarumcumque essentiam profundissimarum atque ab omni materia secretarum naturas, solas, velutque inconspicuas menti nostrae meditando atque conspicienda exhibet, Corporum soliusque naturae vice nobis arcana pandit. inde fluit loquor in hoc studio in quatuor partes concinne posse distingui, quarum 1<sup>a</sup> Logica vocatur, 2<sup>a</sup> Metaphisica altera, 3<sup>a</sup> Ethica, et 4<sup>a</sup> Naturae physica.

## Partis Prima De Logica.

Sunt inter homines quidam pauci admodum, quos natura tam felici mentis perspicacia et cogitandi rectitudine dotavit, ut absque ulteriori ad-

2.

miniculo quo vera sunt videant et sana  
de rebus judicia formant; his naturalis  
quodam Logica dicitur inesse, verum pars  
plurima hominum non tam benivola  
esperanda est, naturam matrem illi  
proprio Marte vix unquam veritatem  
attingant, in illius inquisitione  
hallucinantur plerumque ac nusquam  
non aspersant, horum ut imber  
cillitati succurratur, vario Confecto.  
Sunt regulae quas sequentes ab an-  
gusto veritatis tramite nunquam de-  
lectunt; istarum regularum Comple-  
xio vocatur Logica Cuius finis est opera-  
tiones nostri intellectus perficere atque  
ad verum de legendum dirigere, quare  
merito Logica vocatur ars bene Cogitandi.

Ex his Clare sequitur obiectum  
Logicae esse operationes mentis nostrae.  
Cavendum tamen est, ne per men-  
tem <sup>tuam</sup> animam omnesque eius faculta-  
tes intelligamus; nam facultates animae  
ad duas principales potissimum revocan-  
tur, quae intellectus sunt et voluntas,  
jam quicquid voluntatem spectat, sibi  
vindicat Ethica, quae illius mores instruit,  
quicquid autem intellectum ejusque ope-  
rationes spectat Logica curat, ideo hae  
operationes mentis seu intellectus vocan-  
tur obiectum Logicae.

operationes autem mentis nostrae  
quantitas sunt numero copiosissima et  
specie diversissima ad tres tamen  
classes facillime reducuntur; Sunt  
autem: idea, iudicium, discursus, quor-  
um tamen appendicis loco addimus me-  
thodum, quam plures velut quartam  
mentis operationem spectant.

## Caput Primum De idea.

Nomine idea varii varia intel-  
lorum, et su latissimo, idea multo  
significat omnem in factam in anima  
nostra, impressio nem, hoc modo sen-  
sus doloris, perceptio doloris idea voca-  
ri possent, nos tamen sensu strictiori  
ideam accipimus illamque defini-  
mus nudam rei alicujus representationem  
mentalem.

Ideam nudam id est, affirmationis ac  
negationis expertem. Ideam rei  
alicujus scilicet alicujus objecti. V. G.  
Circuli. Ideam 3<sup>ta</sup> representationem id  
est cognitionem proprietatum, illius  
rei. Ideam 4<sup>ta</sup> mentalem id est in  
mente factam.